

corymbus, **i.** subs. **m.** **FORMA** culimbus →**GLOSS** 6.281. **ETYM** κόρυμβος 'extremidad superior de algo'. **DLAT** corimbata, corymbata nauis, corymbiatus, corymbifer, Corymbia? **DROM** corimbo. [**FREQ** humilis **25**^{indicia} **1,8**^{/d.c.m.} **50-19** **TIB**] uocaulum scriptis technicis ad historiam naturalem medicinamque pertinentibus aptum, paucis auctoribus; at litterariis pluribus auctoribus minoribus indicii inuenitur, scriptis omne genus praeter arguendo aptum, uisibus mediis et pro rata parte doctis, saepissime uersu; inde a saec. I aec. apparet, in fine Antiquitatis declinans.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	dramatica	2	4,6
	exponens	14	5,1
	lyrica	4	17
	narratiua	4	0,8
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	I aec.	5	1,8
	I-II ec.	14	3,7
	III-V ec.	6	0,9
DIAPHASICA	docta	7	3,4
	media	18	1,6
DIASTRATICA	litteraria	11	1
	technica	14	5,5
MODUS	prosa	15	1,3
	uersu	10	5,3

¶ **a** a Graeci uocabuli usibus ad cacumen semper pertinentibus, hederæ bacarum racemum designauit • a partir del uso de la palabra griega, siempre relacionado con el remate o culminación de algo, designó el racimo o inflorescencia de bayas de la hiedra [**HYPER** racemus **DOM** ad Bacchas pertinens bassaricus, Bassareus, Bassaris] **50-19** **TIB** 1.7.45. tibi sunt ..., Osiri, ... uarii flores et frons redimita corymbis. **50-60** **CALP** **SIC** **Ecl** 4.56. modo te Baccheis Musa corymbis munerat. **395** **EMP** 28.30. Acini siue corymbi hederæ tres contriti in oxymeli utiliter aduersum tineas bibuntur aut uentri inlinuntur. **BB** **SERV** **Buc** 3.39. corymbos uuas hederarum. **GLOSS** 4.496.31. corymbi bacæ hederæ. 5.595.45. corymbi hederæ poma. 5.278.35. corymbus cacumen.

b ab alio Graeci uocabuli usu aplustre designauit • de acuerdo con otro de los usos de la palabra griega, la latina designó también el aplustre, aflasto o acroterio [**HYPER** ornamentum **SIM** →aplustre] **80** **VAL** **FL** 4.691. saxa sed extremis tamen increpuere corymbis parsque ... deprensa iugis. **BB** **GLOSS** 5.353.60. corymbis nauibus.

at usibus tantum Latinis quoque inuenitur • también se encuentra en aplicaciones estrictamente latinas

c **MED** papilla • pezón del pecho femenino [**HOL** mamma^b **SIM** →papilla^a] **201** **SER** 352. Sin autem clausas mammas penitus dolor angit acerbus, lumbricis terræ turgentes ungue corymbos.

d floris calix • cáliz de la flor [**SIM** →calix^f] **397** **HIER** **Epist** 66.1. Quis parturientem rosam et papyllatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis ... aequis oculis marcescere uideat?

e fimbria • franja que rodea la estola [**HYPER** ornamentum uestis **SIM** →fimbria^b] **419** **AUG** **Quaest** **hept** 2.114. Tunicam ... cum corymbis honestius putarunt latini interpretes dici, quam si dicerent cum cirris, qui bene dispositi ornamento esse uestibus solent.

f **BOT** rama lenta et exilis qua planta quasi a pedamento ad quodcumque retinetur • zarcillo o ramita flexible, prensil, que colabora en la estabilidad de la planta [**HYPER** pedamentum **SIM** →capreoli^{b1}] **BB** **ISID** **Orig** 17.5.12. Corymbi sunt anuli qui proxima quæque alligant et comprehendunt, ne longius laxati palmites uentorum flatibus dissipentur. **GLOSS** 2.295.15. ἔλιξ ἀμπέλων. 2.223.43. ἀκρεμών. 3.434.12. ὄρμος 'lazo' culimbos. 5.617.36. est quæ in uite nascitur.

Corymbus. uiri nomen • nombre de varón **Corimbo** [**HYPER** **NOMEN** uir] **80-90** **STAT** **Theb** 8.548. sumpserat in Danaos Heliconius arma Corymbus, ante comes Musis. **INSCR** **1-150** **CIL** 3.1948 *Salonæ in Dalmatia*. Gaius Caesius Corymbus et Faberia Cara uotum soluerunt libentes merito. **BB** **PHILARG** **Verg** **Georg** 1.403. Nyctimone, Epopei filia, a Corymbo hospite compressa iram patris timens in siluas profugit, quæ misericordia Mineruæ in noctuam mutata est.